

No. 33.

No. 24.

Constitutiones  
Academiae Dorpatensis







3

In Nomine S. S. & individua Trinitatis

# Constitutionum Academiae Dorpatensis.

## Caput I.

De Academia ejusque Juribus.

1. Statuit S. Regia Majestas ne quid aliud in Academia Dorpatensi publice privatim à quoquam cupis sit conditionis doceatur & proponatur, Typam quod congruit cum fundamentis S. Scripturae, cum augustanae confessione invariata, quae anno MDXXX Carolo V exhibita & postea in Synodo Upsalensi, anno MDXCIII repetita est.
2. Hujus Academiae sit unum corpus constans in quatuor facultatibus Theologiae, Jurisprudentiae, Medicinae & Philo-  
sophiae Collegiis, cupis corporis caput unum sit **RECTOR**.
3. Eiusdem jurisdictio sit distincta ab urbis Dorpatensis & coeterorum Regionum Judiciorum Jurisdictione.
4. Jurisdictio illa sit in omnia Academiae & Scholae Regiae Trivialis membra in causis civilibus & in levioribus criminalibus quales oriuntur ex injuria verbali & cavillatione ut vocant S. C. T. I. veteres & id genus alio delictis.
5. Majores v. criminales causa, quae mortem aut membri amputationem poena loco inferunt, adhibito Castellano facis praefecto, duobus Consulis & urbis iudice. Senatus Academiae cognoscet & ad Regem referet. Quod si supplicium à S. R. M. remittatur, multa fisco Academiae cedit.
6. Laesa tamen Majestatis crimen sola Majestas regia cognoscet & iudicat.
7. Reliquarum quoque quae in Scholares constitui solent poenarum jus eadem habet: ut sunt levis multa, levis carcer relegatio

quae existimationem quodam modo miruit, & exclusio quae existi-  
mationem quodammodo absumit.

8 Nec in exclusam & relegatum Dicasterium Regium Consistorium  
Ecclesiasticum vel Castellanus aut urbis Dorpatensis Senatus vel  
etiam civium quippiam aut alius urbis incolae hospitio excipiet aut  
contra mandatum Academia quovis modo facietur.

### Capitulum II.

#### De Cancellario Academiae eiusque jure & Officio

S. R. M. sibi referant potestatem constituendi Academiae Cancellarium  
talem qui sit vir spūs idoneus auctoritate praeditus Academiae amans,  
sincerus verae Latinae religionis Professor & Cuctor, nec ei alium obtrudi poterit.

Hujus Cancellarii Jus & Officium in his potissimum consistit:

1. ut videat ne Academia Dorpatensis quid detrimenti capiat, sed ut eius  
jura facta tectaque conserventur.
2. Visitet Academiam quotiescumque res & necessitas postula<sup>verit</sup> ~~ta~~ inspi-  
ciat Docentium & Discipulorum Labores & examinet negligentes  
& minus aptos officio, vel ipse vel per vice Cancellarium, quem ille  
ad hunc actum constituit aut Rectorem aut Prorectorem admo-  
neat, qui se non emendant, removeat.
3. Concedat singulorum facultatum Decanis sine per litteras pre-  
sentibus licentiam creandi doctores & Magistros, atque hanc facultatem  
Pro Cancellario commendabit. Quod si praeter modum fiant pro-  
motiones, de eis judicabit vel etiam eas inhibebit.
4. Habebit potestatem sententias a Rectore & concilio latus<sup>si</sup>  
opus, confirmandi aut moderandi.
5. Lites & provocaciones ad se devolutas, cum vicinis Episcopis itaque  
duobus vel tribus non suspectis ea supremo judicio Reg. M. s. qui vocati absque  
tergiversatione Dorpati comparere hent, si judicabit & dirimet:  
dissidia inter Academiae membra cujuscumque sint conditionis,  
orta, quae a Rectore & Senatu componi non potuerunt, cognoscet  
comprimet, sollet, petulantes, si se Rectori & Concilio opposuerunt,  
coercebit.

De

# De Procancelario

Et quia vice cancellarius est hoc tempore (Superintendens Lönica) clementissime indulget S. R. M<sup>o</sup> ut hoc munus quoque ad ejus successores transeat

Majus partes sunt

1. Absente Cancellario, operam suam Rectori & Concilio potestati fide literi communicare in litibus quo ad jurisdictionem academiae pertinent dirimendis
2. Inspicere & explorare discipulorum & doctorem studia labores & mores, & singulos si vel negligentiores, vel negligiores sunt sui officii admonere.
3. Cancellarium certiorum facere, si qua incidant qua videntur Academia nocere posse aut parum prodesse.
4. Anniversariis Examiniibus una cum Rectori & Professoribus interesse.
5. Denique si Rector negligenter aut perversè res Academia tractaverit tum Procancelarius protestationem habeat Prorectoris vices subeundi deq; actis Rectoris cognoscendi, eaq; ad Cancellarium dijudicanda referendi.

Et quia vice Cancellarii academici munus in Germania academiis ad actus promotionum saltem, ubi ibidem absentis Cancellarii iuxta nomen & auctoritate promotionibus Decanis licentia & potestas creandi Magistros & Doctores a Vicario quodam praesente publice concedatur, spectat S. R. M<sup>o</sup> clementissime permittit, ut quolibet promotionis tempore ex Professoribus ordinariis, unus elegatur qui a Cancellario scripto confirmatus vices istas pro tempore in se suscipiat.

## Caput III.

De Concilio seu Consistorio duplici & utriusq; officio.

1. S. R. M<sup>o</sup> benignissime concedit, ut duo sint academiae senatus, vel duo Consistoria alterum majus seu publicum ex omnibus ordinariis Professoribus constans, alterum minus.
2. Hoc minus Consistorium erit ordinarium, constitutum ex aliquot

aliquot Professoribus Ordinariis Probatis finis veris.

- 3. Ibi dum vivunt hunc locum tenebunt: nisi qui se ipsum male factis suis ipse indignum fecerit. Quod si unus ex his discesserit, in eius locum succedet is, quem collegium cum consensu Cancellarii & Consistorii publici elegerit.
- 4. Eorum officium erit partim generale, partim singulare. generale ut res Academia dirigant statuta ejusdem & privilegia & jurisdictionem sua auctoritate asserant.
- 5. Speciale erit, Rectori vocanti adesse, libros academicos graviores disceptare, Professores studiosos & coetera academia membra in officio continere. Rectorem quoque ipsum cum necesse erit humaniter sui officii admonere omnino curare, ut omnes res & partes academia recte curentur nec ad quicquam decesset.
- 6. Majus Consistorium  $\alpha$  jus habebit  $\beta$  eligendi Rectorem  $\gamma$  eligendi & nominandi Professorem  $\delta$  de eorum quae publice publicis stipendiis docent, si vel in doctrina vel vita juste reprehendi possint emendatione aut coercitione deliberandi, remque ad Cancellarium deferendi, ubi super illo negotio decidat  $\epsilon$  si turbulenta & turbulenta disputationes incidant, eas cognoscendi & dijudicandi  $\zeta$  Majores denique criminales causas de quibus Cap. I. r. s. dictum est cognoscendi.

7. Ad neutrum autem Consistorium quis Adversus admittatur, nisi prius juramentum praestiterit subsecgens:

*Juramentum Adversus in Senatu.*  
 Ego N. sancte promitto, me in causarum cognitione, quae in hoc Senatu tractantur, attentionem adhibere velle & in iudiciis aut consultationibus omnibus justam sententiam proferre Academia consultationibus & communi iure concurrentem non habito respectu favoris vel odii vel indignationis aut cujuscumque privatae utilitatis, nec cum uno aut altero in dicendis sententiis fraudulenter privatim conspirabo. Divinam gloriam Ecclesiae & Reipublicae hujus Academiae commodum unice respiciam, quae ad morum honestatem & studiorum incrementum faciunt, sedulo procurabo, facienda non eliminabo, factiones & turbas omnes fugiam, sententiam pertinaciter non habebor, sed plerumque si veriores sunt, me accommodabo. Ita me DEUS adjuvet.

### Capitulum IV.

De Rectore ejusque electione tum officio, tum privilegiis  
Primo de electione

- 1. Rector a Senatu & a Senatu majoris Consistorii juxta ordinem facultatum & Responsorum elegatur.
  - 2. Cum ordo academicus sit Aristocraticus juxta quod erit ne quis <sup>sic</sup> negligatur. Ita ergo electio secundum facultates & Responsorum fiet, ut semper post Theologum sit J. C. Tus post hunc Medicus post hunc Philosophus. Cumque plures sint Philosophi quam superiorum facultatum Professores ubi regitur ordine jam dicto serrato, omnes Theologi J. C. ti & Medici fuerint sancti officio Rectoris, tum qui super seant Philosophi Professores ordinarii sepe in sustinendo Rectoratu electi consequentur.
- Nec licebit ulli hunc ordinem mutare nisi summa necessitas id postulaverit, de quo major Consistoriam judicabit.
- 3. Fiet a. electio novi Rectoris bis in anno semel Calendis Maij & altera vice Idibus.
  - 4. Qui vero Professor ratione ordinis & facultatum legitime in Rectoratum electus, munus hoc in se suscipere detrectaverit, ut si serio admonitus pertinaciter perseveraverit, excludatur ab hoc honore.

#### Secundo: de Introductione seu renuntiatione novi Rectoris

ubi & de ejusdem consuetudine.  
Renuntiatio seu introductio novi Rectoris fiet octavo die post electionem nisi is festus dies fuerit: tum enim postidie sine tergiversatione fiet. Nec licebit veteri Rectori illum diem prorogare.

#### Introductio autem Rectoris seu plenari ritum peragatur.

- 1. Ubi pridie publico ex cusp. Programate renuntiatio indicta fuerit, tum postidie conveniet novus Rector cum Professoribus & Academicis aliis ad antecessoris.
  - 2. Deducet Rectorem in templum Marianum procedentibus Academia ministris Toga caerulea cum sceptris.
  - 3. Ubi eo vero ventum fuerit Rectorposito ante gradus Altaris pulpito electum Rectorem circumstantibus Professoribus juramento obstringet tali:  
 Ego N. N. sancte promitto & spondeo: primo me fideliter operam daturum ut pura Evangelica doctrina & aliae artes & linguae Deo gratas & ecclesiae & Reipublicae utiles & necessariae juventuti Scholastica proponantur. Secundo quae ad salutem dignitatem atque academiae hujus utilitatem impromis vero quae ad justum commissi munus administrationem faciunt, sedulo ac diligenter procurabo. Tertio aciem oculorum quantum in me est in omnes Reipublicae literariae partes intendam. Et quid recte quid seculum tam a docenti bus quam discipulis fiat, non tantum observabo, verum etiam si quid aut negligenter aut peoperum factum fuerit, communicatis cum Reverendo Academiae Senatu consiliis quae primum emendare atque abolere conabor. Quarto in iudicandis controversiis in causis dirimendis, in distribuendis premiis aut poena gravitate alicui irroganda aliisque negotiis publicis & ministrandis;
- non solum

non solum iustitiam & aequitatem ipse servato sed etiam clarissimos  
 Dn Collegas una mecum in consilium suum adhibebit.  
 Tandem Magistratu deposito antea ex urbe nequam discessurus  
 aut aliam functionem suscepturus sum, quam rationis  
 administrationi officii Reverendissimo Academiæ Senatus reddidero  
 nisi id pace & consensu ejusdem fieri possit. Si me Deus quod!

4. Iam recitabit orationem brevem actus & temporis convenientem  
 Professorum in senum uno quoque suo loco confidete. Postea electum evocatum  
 Professorem concioni sistet. Oblamye vestiel ejusdem insignia tradet;  
 sceptru sigillum claves carceris & fisci cum palatorum libri: adita  
 brevi ad singula exhortatione.

Novus a. Rector brevi oratione Magistratum suscipiat. Ad preces  
 deinde procedent loca Rectori & Professoribus conspecta occupantur:  
 & tunc ante turri post preces Cantores novo Rectori concerta  
 Musico applaudent.

5. Precibus spiritibus ad epulam sumptu modico pro cuius Rectoris facultatis  
 institutum in aditus creati Rectoris solito processu revertentur.  
 Ad hoc convivium ordinarii Professores, artis profectus & primarius Consul  
 invitabuntur. Quod si forte honoratiorer Sospites, quales sunt Senatores  
 Regni Episcopi & similes in urbe fuerint, eos quoque vocare licebit.  
 Convivium Rectoris novi in sequentem diem non extendetur, quise  
 cerit, pro Sospitum numero ad senatus censuram mulctabitur.

Tertio. De Rectoris officio, ubi & delinquentis coërtione

1. Rector omnia ad gloriam Dei & salutem Regni Reipub. literarie abq  
 Academia incrementum in gubernatione sua referet.
2. Idem Res Academiæ diriget. Professorum studiorum & omnium Academicorum  
 mores studia & exercitia moderabitur.
3. Idem jus, utrumq. Consistorium pro re nata convocandi habebit. Minus in  
 rebus gravi oribus: Magis in maximi momenti rebus totam Academiæ statum  
 concernentibus; qua causa qualis fiat ex Cap. II. ss. constat.
4. Senatum minorem semel ad minimum singulis mensibus convocabit  
 exploraturus quid in Academia agatur, quod loco sint omnia quæ ad Academiæ pertinent.
5. Studiorum advenientium testimonia inspiciet, ad Philosophia Decanum  
 examinandos mittet: quos si a Decano approbata fuerit eorum eruditio  
 peramento adstrictos in album referet accepto à singulis pro opere  
 suo premio dimidiò Halero.

*Alimentum*

Iuramentum Studiorum

Ego N.N. sancte promitto me velle hujus Academiæ Rectori cum in hac facultate  
 Studiorum sacro debitam obedientiam prestare. Academiæ quoque statuti &  
 Senatus Academiæ decretis laetas parere, siue studiorum meorum directionem  
 siue morum censuram concurrant. Deinde injurias mihi illatas temere & ex  
 proprio arbitria palam vel deculle non ulciscar, sed in his & aliis mihi  
 molestis casibus, Rectoris vel Senatus sententiæ parebo. Tertio ex Academia  
 non nisi cum bona Rectoris gratia discedam. Eiusdem in libertate vel arresto  
 detentus, non au fugiam, nec nisi debita satisfactione creditoribus præstita sup-  
 pellectilem & res meas ex urbe transportabo. Si ob crimen, aliquid vel re-  
 legatus fuero vel ex Academia exclusus, statim ex hac academia & ex urbe  
 discedens mandato Rectoris & Consistorii parebo. Promitto me quoque promitturum  
 comoda Academia ad quemcumque statum pervenem. Ita me Deus adjuvet.

6. Quod si quos deprehenderit honorifico testimonio despectos aut etiam infames  
 & maleficos eos nequam eos recipiet.
7. Minores lites vel solas dirimet adhibito Notario Academia, qui omnia diligenter  
 notet: vel causa id requirente vocato in Consilium uno atq. altero auctorem  
 omnibus Decanis Facultatum.
8. Graviores lites ad minus Consistorium, criminales quoque corporis infliccionem  
 afferunt, ad majus referet, & in utrisq. senorem 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. sperde servabit.
9. Dabit operam ut à studiosis causas inter se agentibus omnia latine proponantur,  
 cum id e re sit Studiorum & academiæ honorificum, quod si cum civibus sit aliud statuentum.
10. Rector multas à Consistorio decretas exiget, nec eas citra Consistorii consensum remittet.
11. Professoribus stipendia procurabit.
12. Correcturus Professorem regulam CHRISTI sequetur.
13. In consistorio Rectori nullum debetur votum. Sententias a. in causis, qua sua sunt ju-  
 risdictionis, à se vel Consistorio pronunciatas nisi provocatio facta fuerit exceptas  
 idem quod si id nequeat, Cancellarium vel Procancellarium invocabit, qui ipsi  
 auxilio erit accessit vigillum profecto & reliquis Academiæ Librariis,  
 famulis si necesse sit, ut cum homicidium aut aliud atrocis crimen  
 est commissurum advocatis e. artis aut urbis apparitoribus, ne reus au fugiat.
14. Deniq. si violentè quidem Rectoratu egerit, convenire poterit legitime deposito Magistra-  
 ti coram novo magistratu & consistorio majore. Quod si Rectoris manus iuxta ea  
 quo paulo ante constituta sunt, tradere recusa verit, tum senatus quidem  
 eum ad deponendum Magistratum adiget. Veri ver sentem & contra venientem  
 Cancellarius sua auctoritate reprimet & mulctabit.

Quarto. De privilegiis Rectoris

1. Rector post Cancellarium vel Vice Cancellarium aliquo pro tempore constitutum incedens  
 in omnibus Academiæ actibus publicis, in pompis & processibus academicis ornata acade-  
 micarum Rectoribus concessa, præcunctibus cum argenteis sceptris pedellis  
 deducatur.
2. Quod corpus, famam, domum & bona possessa sacro-sanctus sit.

3. Claves fisci & carceris in sua potestate habeat.
4. Rudiosis digladiantibus gladium adimet, multa dimidium sibi retinet cum ea, qua pro nominum inscriptione datur pecunia.
5. Publico sumptu publica negotia tractabit foris.
6. Per octiduum urbe abesse ipsi licebit, in majoribus feriis, per dies quindecim consistat in terra Prorectore. Ad lectiones & disputationes ordinarias minus quam ceteri adstrictus erit.

### Caput V.

#### De Prorectore.

1. Quando Illustris persona Rector eligitur, semper ei ex Consistorio is adiungatur Prorector ad quem alio ordine ratione devotus erat Rectoratus; atq; sic Prorector simul cum Rectore renunciabitur & iuramentum prestabit, cetera Rector peraget.
2. Rectore absente eandem cum Rectore potestatem habeat Prorector.
3. Quod si Rector non constituerit Prorectorem res talis incidat, qua moram ferre non possit, Procancellarius vicem eius obit, deliberanda Consistorio proponet sententias rogabit, cognoscet & in iudicando ea sequetur que supra constituta sunt.
4. Reditus a. & ea que solvi solent Rectori, cedent Prorectori.

### Caput VI.

#### De Deliberationibus

1. Consiliani vocati ad Consistorium frequentes venient, qui presulantur emanaverint, arbitria via poena multa buatur.
2. Rector aut qui eius locus est causam & negotium latine proponet, ordinat & ultimis exorsus, singulos quo sententia rogabit.
3. Singuli Consiliani pro eo, quo Consistorio obstricti sunt iure iuramento, quod sua sententiam sine ulla subordinatione candidè constanter & modeste dicat, nec se metu aut gratia à dicenda veritate deterri patiatur, plura autem vota seu suffragia concludent.
4. Si suffragiorum libertas in discrimen certum vocetur, duo vel plures eam causam disceptabunt in utramq; partem, idq; faciant sine livore sine favore partium sine iniquitate & acerbitate, atq; dum veniant ad Calculos.
5. Quod si vel hoc vel alio quocumq; casu paria fuerint suffragia, potest fieri subacta ad quam Rector accesserit. licet alius iudicanda in Consistorio sententia habeat, sed eius que ibi conclusa fuerit & decreta pro virili exequi vel totum vel cum aliis, quos Consistationes designant.
6. Quam Consistorio dicta deliberata fuerint, nemini liceat sub poena perjurii in al. tenis fraudem eliminare, nisi hoc Rector & Consistorium fieri potest decreverit.
7. Nemo ex consiliariis Academiae patrocinium suscipiet eorum, qui vel Senatori vel etiam cui oppidano injuriam vel vim intulerint.

Caput VII.

## Caput VII.

#### De ordine iudiciorum & appellationibus

1. Primam instantiam solus Rector habebit, vel Notario vel Decanis adjunctis.
2. Quod si his sine strepitu res decidi aut transigi non possit, Rector eam ad Consistorium vel minus vel majus pro causa cuius conditione remittet ac devolvat.
3. Partes plene audiantur, ut negotium rectius cognosci possit, sine tamen ullo processu, nisi magnitudo causa aliud postulet, atq; tum in Capitalibus praesertim causis, Consuetudo huius regni observabitur.
4. Placuit S. R. M. ut in causis quibusdam ad Cancellarium academia provocatio fiat, qui in his ea observabit que supra c. 2. & 3. constituta sunt.
5. Ad hoc Cancellarii iudicium provocare non licebit, nisi summa decem libras aut octoginta uncias excedat, aut nisi status academia in discrimen vocetur aut gravissima controversia praecipue Religionis orta sit.
6. Nec ab hoc iudicio permittetur provocatio sed supplicationibus apud S. R. M. res agatur.
7. Neg tamen licebit huic iudicio alienam jurisdictionem usurpare, occupabitur v. praecipue in rebus statum academia concernentibus. Provocatio autem in genere & legitime fieri & ad superius iudicium tempore à legibus praefinito devolvi debet.

## Caput VIII.

#### De electione Professorum, electorum confirmatione introductione eorundemq; officio in gre & correctione.

##### I De primo

1. Professione vacante facultatis Decanus intra tricesimum proposito programme invitabit omnes ad nominandum alium, interea quisq; despiciet de viro ei Professioni idoneo.
2. Ubi convenierint Decanus monebit collegas ut fideliter in rem consulant quisq; pro ea fide, quam Facultati debet.
3. Re bene deliberata Decanus nomina à Collego designatorum ad Rectorem deferat.
4. Rector deinde adhibito Procancellario in Consistorio majori diligenter sine omni bias circumstantiis examinatis designet quis, aut uter eorum, qui a Decanis nominati sunt, sit aptior, ut professioni praeficiatur, an vero alius sit praefertendus.
5. Habebunt a. si electores ubi rationem publica utilitate non gratia non propter quidam non affinitatis, non amicitiae, non ullius privati comodi, sed legum illis erit. Salus Academiae

##### II De Professorum electorum Confirmatione

Professor unanimiter electus Cancellario praesentabitur à Senatu academico cum commendatione Rectoris pat. cui Procancellarius subscripserit: idq; ideo fiet ut confirmari à S. R. M. possit. Item solus erit Professor quem S. R. M. sua confirmatione approbabit.

##### III De eorum Introductione

1. Rector novum Professore ubi iuramento eum obstrinxit & in album Professorum retulit publico programme scriptis excuso pridie proposita, post die introducat se legitime: curabit ut professio illius, que haecenus vacaverat, exercita, quam citissime revocetur. Iuramentum

Iuramentum a. quod quisq. Professor prestabit tale est.

Ego N. N. sancte permitto me in vera fide sacris scripturis patefacte, & Apostolice Nicono Athanasiano Symbolis breviter expressa ac genuina Augustana Confessione (si Concilio Vpsalicensi recepta) ad vita finem perseveraturam. Deinde Sen. ac Potest. principi ac Domino Domino Regi nostro clementissimo debitam obsequentiam & fidelitatem prestabo, qua patria & Reipub. statui conducant pro more et in comoda pro vinitus avertere studebo. Tertio in officio diligentem adhibebo, in iis, qua ad juventutis rectam in formationem faciunt. Prolixitatem & proplexitate omnem fugiam, & discipulis Ingenium utilitati & instituto fideliter, & quantum potero, me accommodabo. Quarto Collegis fidelem & humanam me exhibebo. Auditorum & academia comoda quacunq. honesta ratione licebit promovere studebo. Ita me Deus adjuvet.

IV Decani officio in genere

1. Pro loco in facultate disputabit.
2. Diebus ordinariis docebit quot annis semel vel etiam si Senatu academico visum fuerit bis disputabit. Discipulos antequam Rector Magistratu abeat, praesentibus Decano & Collegis Facultatis examinet, modum docendi Constitutionibus praescriptam servabit, omnibus actionibus praesentibus interfit, nisi cum valetudine, aut vis major, aut luctus, sive Pestis, auditorum raritas, aut id genus alia gravis causa impederit.

V. De coercitione

1. Philosophiae & linguarum Professor quoties de industria neglexerit lectionem Svecicum Thalerum; Doctor facultatum Valerum uncialem fisco academiae solvet.
2. Qui negligenter in officio versatus fuerit, nec monitis Procancelarii Rectoris, & Consistorii paruerit, parte stipendii privabitur, secundum Consistorii censuram.
3. Qui contumax fuerit, aut qui propter alius enormes offensiones, propter sitis, maledictiones, factiones, quibus sub exercitiorum aut alicujus praesentibus juven- tutem ad se protrahit, potentiam justo majorem acquirat, aut alius etiam in occasionibus sibi dominatum super aliis gravat, item propter vitia ma- nifesta, in quibus incorrigibiliter pergit, tolerari sine dedecore & damno academiae nequit, cognita causa Cancellarius Rectoris & Consistorii publici iudicio ab officio removebitur.

Caput IX

De Decanis facultatum eorum electione & officio.

1. Decani singuli a sua facultatis collegis semper novi eligantur, quando novus Rector introducitur, a senioribus ad juniores descendendo.
2. Morum officium erit, (a) intra 8 diem post introductionem novi Rectoris Decanus sua facultatis collegas convocabit, & singuli suos sub fide facultati a- cademiae debite monebunt, ut quisq. professorum, quid proposuerit, sub praesente Rectore manu sua exhibeat & testetur.

3. Mas designationes singularum facultatum Decani exhibe- bunt Rectori novo, ut de cujusq. diligentia judicet cum Consistorio majori, & qui fraudulenter suum officium peregerit, mulctetur juxta superiores Constitutiones.
4. Eodem quoq. tempore de lectionibus sub isto novo Rectore singulis proponendis concludent, & eorum catalogum Rectori offerent, qui eum curabit publicari.
5. Pertinet quoq. ad eosdem, ubi disciplinam & mores studiorum sua facultatis inquirent, & si quos minus recte sua studia in- sistere intellexerint, eos in collegio vocatos gravissime admonent, & quos inemendabiles senserint, Rectori & Consistorio per curatorem nominent.
6. Idemq. Decani quisq. responsa petentibus dabit facultatis nomine, vel de suo, vel si gravior res fuerit de totius facultatis consilio. Privatorum publicorumq. exercitiorum curam gerent. Theses inspicient & de iis judicabunt, adhibitis Collegis vel o- mnibus vel plerisque si opus fuerit, tum caveant ne quicquam vel prosi vel versu excudatur, quod alicujus Professoris censura non fuerit subjectum, ab eis approbatum.
7. Eorundem Decanorum erit, ut accersiti ad sint Rectori in iis causis, de quibus in praecedentibus fuit constitutum.
8. Quisq. Decanus sua facultatis auditores in classes distri- buet, nomina omnium recensebit, ut lectionibus, Dispu- tationibus examini bus inter sint, urgetur, nuper adveni- entes Auditoros si ad nullam superiorem Facultatem se ad huc applicaverint, examina bit, & si qui vudiores sint, qui privati praesentibus alendis non sufficiunt, hos vel ad Scholam particularem, vel ad Piram, uti habet proverbium, seu aliud vita genus, cui idoneus est, remittet.

Cap. X.

# Cap. X

## De Sessionibus & processionibus.

1. In publicis actibus academia post Cancellarium vel Procancellarium ab ipso constitutum ingrediatur Rector: hunc sequentur Comitum & Baronum filii, qui studioum gratia in academia vivunt, post hos singulorum facultatum professores.
2. In consessibus publicis Cancellarius vel Procancellarius & Rector cum ordinariis professoribus sedent ad sinistram Cathedra, ita: post Rectorem Theologi deinde S. C. T. Ictos sequuntur Medici, postea Philosophi, Schola item Rector, Doctores & civitatis Decani. Praestor academiae, si gradum habeat, aut alius probe doctus, inter Philosophos considerabit. Habitum temporis in loci assignatione seu occupatione ratione quo nempe receptus est ad officium, quam ordinis rationem non solum inter se Philosophi, sed ceterarum quoque facultatum Doctores servabant. Praestor a idiota aut in-doctus inter Professores semper est ultimus. Quod si quis Superioris Facultatis Doctor ad professionem Philosophicam adhibitus fuerit is inter Philosophos, locum sibi a facultate ad signatum obtinebit. In vacatione facultate, ut quis tempore, sic loco erit posterior, nisi in honorifica functione antea vixerit, talibus vero locum pro qualitate persona facultas cum ordinario Senatu assignabit. Et quamquam ea recepta consuetudine academiarum facultatum Doctores sunt priores Magistri: prius tamen quam Doctores & Magistri ad publicum docen-

di

di munus adhibeantur, posteriores sunt omnibus <sup>Professoribus</sup> ~~Magistris~~.  
 Sic Decani singularum facultatum primum locum in publicis con-  
 gressibus tenebunt. A dextro v. Cathedra latere juxta illum  
 sedebunt viri honoratissimi, scilicet Senatores post hos comitum baronum filii.  
 In aequalibus pompis, quae sunt academicis & urbanis civibus communes  
 post Professores proximum locum tenent Senatus & magistratus ut  
 barones cum praefecto arcis, hos Judices sequentur, quos postea  
 civium multitudo claudit. Profuere tamen ad mutuam hono-  
 rem amicitiam concordiam, si in congressionibus & conviviis cum  
 honoratioribus civibus aequalitas servetur, et ex eis qui basidem  
 ab opposita parte mensae vel domus, si mensa quadrata sint, locus  
 tribuatur, praecipue literatis, & aetate usque rerum multiplici conspicuis.

# Cap. XI.

## De Vestore ejus electione & officio.

1. Vestor Academiae a Senatu majore eligitur Sacrae M. Regis ad confirmandum <sup>nomine</sup> ~~notabitur~~ per Cancellarium & comendabitur. Eligetur autem literatus, fidus, qui aliquandiu in academiis vixerit, qui statum & salutem academiae amat & illum bene perspectam habeat.
2. Eiusdem officium & munus erit (1) curabit bona & fundus academiae (2) redditus tempestive colliget, eos in nummum convertat ac aerario inferet, dimidium summa ad 30 diem Decembris reliquam intra 23 Junij (3) domicilia & cubacula studii sicut aliorum membris academiae presentibus praeterea locabit, professoribus v. indigentibus, gratis (4) Rationes accepti & expensi circa festum Michaelis Rectori & duobus a Concilio deputatis professoribus reddet his descriptas, de quibus alteram exemplum in archivis academiae reponetur, alteram Academiae Cancellario exhibebitur in Regia Camera conservanda.

# Cap. XII.

## De Adjunctis Philosophiae eorumque officio.

Philosophiae Facultati quatuor extraordinarii adjungentur. Hi (1) bis quot annis aut etiam saepius disputabunt publice (2) privatim linguas & Philosophiam docebunt & disputationibus philosophicis juventutem erudebunt, idque horis & diebus extraordinariis: pro quo laudare praeter salarium, praemium a b. auditoribus accipiant.

Caput XIII

9v  
Caput XIII.

De Notario Academiae

1. Notarius eodem modo quo Avastor & iisdem requisitis eligetur juris civilis & Philosophiae non ignarus.
2. Officium eius (1) acta & disceptationes in Consistorio bona fide consignare (2) sententias fideliter concipere, descriptas partibus requirentibus communicare. (3) tenere rationem multarum à senatu impostarum. (4) quae publico nomine scribenda sunt curare (5) Negotia academiae subente senatu domi forisq; perficere (6) iudicia vel & definitiones seu sententias Consistorii ante rectoratus mutationem praesente Rectore in Archivum reponere.

Caput XIV.

De ministris publicis eorumq; officio.

Famuli academiae seu pedellii à Senatu bini constituentur. Illi (1) per vices Rectoris iuxta quotidiana expedient, & in adibus Rectoris quotiens hora 12 & si opus fuerit hora 8 matutina adesse tenentur. (2) si multiplicentur negotia uterq; aderit. (3) in proceptibus promotionibus & omnibus actibus publicis Rectoris praesto erunt. (4) Carceris & captivorum curam gerent, claves carceres bene asportabunt & ad Rectorem quotidie afferent. (5) alter vero eorum mensa communi pauperum studiosorum inferiet ministrando cibum potum, saltem, orbis luminaria & coetera necessaria. (6) Stipem à studiosis bis in anno colligent à singulis solidum unum, à nobilibus & magistris quater nos, idq; mense Mayo & Octobr. (7) Studiosorum censuram simul Tagent & nomina libro inferent designatis etiam Hospitiis. Iticunq; à Rectoris mandatum carceri includitur, priusquam de mittatur famulo Thaleri quadrantem solvat.

Caput XIV.

10  
Caput XV.

De Depositione

1. Depositionis immanitas & obscenitas amplius non feretur, venustis ludicra, quae sit enigmatica & aliquid utilitatis in se habentibus quaestioni bus, et aliis quibusdam ritibus, tolerari posse videtur. Dummodo se intra fines modestiae & verecundiae continent & ad demonstrandam insipientiam dirigantur.
2. Cum praesente Decano Philosophiae hic studiosos imitari ritus peragi soleat, ejus erit haec ita moderari omnia ut ratio honestatis habeatur & in paucorum familiarium praesentia peragatur.
3. Erit etiam Decani accurate examinare incipiendi mores, ingenium progressum in studiis ut indicare possit ad quam lectionum classem eum adungere debeat.
4. His peractis à Decano in librum cum designatis lectionibus adscribetur, & ab eodem ritu usitato absolutus in Auditorium numerum referetur, admitteturq; ad exercitia privati legii aliis academia civitas permittitur.
5. Decano pro labore singuli initiatu duas solvent marcas, famulo academia ad sumptus vini & officii praestiti premium solidos 6. qui famulus eisdem statim ad Rectorem daceb. Depositori vero dimidiam Thalerum.

Caput XVI.

De promotionibus qui promovendi, quo modo examinandi qui ritus adhibendi qui sumptus faciendi Candidatis quod his gradus conferant quod de his peculiare statutum

1. Qui promovendi

- (1) In genere promotores id spectabant precipue, ut qui in studiis laudabiliter sunt versati, qui honestis sint moribus debito honore exornentur. Hos si quos esse viderint facultatum singulorum Decani publico programma typis excuso invitabant, ut intra certam praefixam diem dent sua Decano nomina.
- (2) Speciatim v. ad gradum philosophicum nemo admittebatur nisi qui annos 6 philosophiae studio impenderit: in coeteris facultatibus annos tres, postquam philosophiae studium rite coegit, isti facultati solo vacaverit.
- (3) In theologia v. nemini conferetur gradus, nisi ei, qui in docendi munere honorifico sit constitutus, aut ad ejus modi officium rite designatus; magisq. conferetur ei, cui gradus offertur, quam qui eum ambit.

2. Quomodo examinandi tum privatim tum publice, ubi & de loco cuiq. assignando.

- (1) Candidatos, qui sua nomina professi sunt, facultatis Decanus in locum consistorii convocabit, ibiq. praesentibus, ad id rite per cursorem invitatis collegis, quod petierint, exponet, laudabit, eorum studia, suum & collegarum voluntatem ipsis testabitur: denunciabitq. morum censuram & eruditionis ipsis subeandam esse, utq. singuli se domi contineant & per ministrum publicum vocati ad locum examini a Decano destinatum veniant, eorundem hortabitur.
- (2) Nunc bina Candidatis instituentur examina, unum privatim alterum publicum.
- (3) Privatim ita peragatur (a) Decani superiorum facultatum adhibitis omnibus suis Collegis. Philosophiae v. Decanus selectis in collegarum numero professoribus, qui praecedent, examini cum

aliis

aliis Candidatis & tum promotis subito non interveniunt, per vias operas suas conferendo, singulos examinant, in quo examine duas horas continent, diligenter ejusq. profectum in iis omnibus, quae ad facultatem spectant, explorant. (b) peracto examine, Decanus cuiusq. facultatis Candidatum hortabitur, ut haec studia non negligat, sed in posterum multo magis colat, inq. iis se exerceat. Exiegetur ab eodem ut sub fide juramenti, conceptis verbis sancte promittat, se in omni vita honestatem, sectaturum ac in moribus & vestitu decentiam & gravitatem observaturum, omniaq. acturum, quae academia sunt honori & usui, quae sua persona dignitatem conciliant ad quem cujus statum pervenerit deniq. se contentum fore loco quem sibi Decanus cum facultatis professoribus assignaverit sibi.

- (4) Publicum examen consistit in disputationibus & lectionibus & quidem disputationes ita peragentur (a) paucis post privatim examen diebus, instituantur more solito s. e. ut quisq. ad sua thema respondeat (b) illis praesidebit vel Decanus vel a facultate designatus. (c) in arenam a. hanc ex Candidatis deducentur septem simul sed ita ut per vias, ab opponentibus studiosis singuli examinentur. Quod si Candidatorum numerum septenarium excesserit, iterabitur ex quo jam dictum est modo disputatio mutata, si libuerit praeside. Quod si singuli Candidati pro gradu disputare separatim avertant, praefestores philosophiae imprimis praesidendi laborem inter se partientur (d) ut majori apparatus, quam alio fieri solet disputationes hujusmodi celebrentur opponant etiam facultatis professores (e) continuabitur disputatio a septima matutina in horam undecimam & a pomeridiana in quintam. Porro singuli Candidati per disputationes publice examinandi, legendo etiam suam industriam publice probabunt. Summat a. materiam utilem de consensu Decani illius in qua facultate promoventur & haec materiam recte

recte tractabunt & gratiam lectionibus affolvent.

Examinatio hoc modo factis convenienti Facultatum Decani cum col-  
legio statim ad se vocatis Candidatis, unum locum assignabunt secundum  
Traditionem habitam tamen aliqua ratione citatis, aut eorum gratifica-  
tio publico sunt vel fuerint.

3. Iri ritus in promotionibus adhibendi.

(a) priusquam ad ipsam promotionem accedatur singulorum Facul-  
tatum Decani missis ad Cancellarium litteris, petant ab ipso  
licentiam creando Doctores & Magistros, qui suis vires pro Cancellario  
singulari scripto comendabunt.

(b) litteris ad hoc cancellarium impetratis, Decanus instituit promotionem  
hoc modo. Solemni pro gradu, in quo Candidatorum nomina  
expressimur omnes Academiae cives pridie invitabit ad actum  
illum decorandum, ut tota quam ipse definerit conveniant in  
aditus Decani. Hinc ad Collegium ordine procedat. Præ ordine  
conferat promotio inchoatur ab invocatione nominis divini  
quam precationem aliquis bonæ indolis puer recitabit ex memo-  
ria carmine conceptam. Post hæc Decanus Orationem delectat  
Candidatorum industriam privatim & publicis examinitas  
probaturam & cognitam toti auditorio modeste prædicabit,  
dignosque eos repetos, quibus gradus conferatur.

Hinc singulis juramento obstringit.

Juramentum Theologorum.

Ego N.N. sancte promitto, me in vera fide sacris scripturis patet factis, & eccl-  
sæ symbolis, Apostolicis, Nicæno, Athanasiano breviter expressis,  
ac in genuina Confessione Augustana & Upsulicæ concilio recepta  
constanter usque ad finem vite perseverare velle eamque adversus  
omnis generis corruptelas pie & modeste tueri, eandem  
sincero studio docendi ad alios propagare, in gravibus v. con-  
troverciis aut casuum questionibus definiendis circa præ-  
cipua, adhibita diligenti scripturarum confederatione, & consilio  
gravissimum virorum quorum sinceritas & integritas

in

in rebus fidei perspecta est; Schismatis occasiones omnes fugam  
studiose, studia & labores omnes ad gloriam DEI & Ecclesiæ incrementum  
secundum mensuram gratiæ quam mihi DEUS contulerit, dirigam  
P. M. D. adjuvet.

Juramentum Jurisconsultorum

Ego N.N. sancte polliceor me in tradenda doctrina juris expeditissimam  
rationem sectari velle, omniq; ad Reipub. usum & legum hujus  
imperii genuinum sensum fideliter accommodare, Juris & æquæ  
exactam rationem in omnibus sententiis, consultationibus  
& judiciis semper sum habiturus, nec unquam meâ sponte à  
vera rectaq; declinaturus in cuiusquam gratiam aut odium.  
Malum cuiusq; causam non tuebor & quascunq; alias corrupti-  
ones, licet non traham, sed bona fide causas & negotia mihi com-  
missa tractabo. Ita me DEUS adjuvet!

Juramentum Medicorum

Ego N.N. iuro sancte recipio me in tradenda arte medicâ à veterum  
prescripta aut recentium probatis sanorum institutis & recepta  
ac longo tempore probata medendi ratione non discessurum  
eandem quoque rationem, in morborum curatione sectabon,  
incerta & periculosa non adhibebo, sed ea solum quæ gravem  
maxime agrorum sanitati conducere intelligam. In  
periculis morbis & casibus aliorum. Medicorum consilia stu-  
diose recipiam auxilia quoque, si ego flagidet non detrectabo.

Oculorum quoque morborum publicatione neminem affli-  
gem, sed in omni officii mei exercitio id agam, quod honestas  
pietas, amor proximi & Christiana dilectio requirit, secundum  
modum industrie meæ. Ita me D. adjuvet!

Juramentum Philoſophorum

Ego N.N. sancte promitto me in disciplinis tradendis per  
plurimum omnem adq; sophisticationes vitaturum.

Tractabo

Trachator. ea praecipue, quae in facultatibus coeteris & in rebus com-  
muni usum maximum habeat. S. M. D. adjuvet.

Hinc licentiam impetrabit a vice Cancellario creandi Baccalarios  
Magistros & Doctores, quae vice Cancellarius nomine Cancellarii.  
Solemniter audiente toto auditorio indulgetur. ubi sum denique de-  
canus adhibitis usitatis ceremoniis & in signis & privi legio-  
eis, pro auctoritate, quae fingitur gradum conferet vel Ma-  
gistrorum, vel Doctorum. Interim dum haec fuerit audi-  
dati superiorum facultatum, per dilectos munera Pro-  
fessoribus & hospitibus distribuat, panni serici vel lince-  
vici quantum Decanus probaverit, inferioribus & iusticiis.

4. In sumptus Candidatis faciendi.

- (1) Praesidem Candidati finitiorum Disputationibus honorario orna-  
bunt, quod 15 Haleros unciales non excedat.
- (2) Ultima disputatione habita Candidati Decanum Praesidem & examinatores  
ad epulum invitabunt curantibus ex presentibus Candidatorum duobus.
- (3) Philosophiae Candidatus Decano 6 Haleros unciales numerabit, reli-  
quarum facultatum Candidati quindecim sibi facultatis inferatis.
- (4) Sumptus conviviorum omnes moderabitur Decanus ut imperium  
philosophiae Candidato univasa summam uncialium Haleronam  
octodecim non excedat. Caeterarum facultatum uncialium  
centum vel si solus sit 150.
- (5) Praemia graduum. Gradus dignitatem tribuit & immu-  
nitatem cum publice disputandi privatim docendi potestatem,  
quod tamen postremum sibi nullus sine consensu Decani & fa-  
cultatis sumat.
- (6) Statutum peculiariter. In S. R. M<sup>te</sup> parent & supior  
regni indigena sunt, accipient gradum vel Licentiam vel Baccalari-  
um qui secus facit, in docendi munere publico, in scholis ecclesiasticis  
primariis domesticis sibi postea, & gradum privi legio-  
is in hoc imperio careat nisi. S. R. M<sup>tes</sup> supplicati clementissime  
& singulariter in decessit.

# Capitulum XVII

De Disputationibus tum in genere: quae eas  
celebrare debeant, & quae disputationes admittenda-  
tum in specie de disputationibus publicis & privatis  
& quomodo celebrari debeant.

In genere.

I. Innam disputare debent.

- 1) Professores publici ordinarios disputationes non negligant,  
sed ut frequentius, dabunt operam, idque fiet Rectori iugiter.
- 2) In gradum academicum non habet nisi Professor specialis  
S. R. M<sup>te</sup> indulta constitutus sibi praesidendi potestatem  
non habeat, sed sub alterius praeside disputet, eligendo  
in ea facultate praesidem, ad quam disputationis spectat.  
In ea ubi quaeque facultate solam praesidet, in qua  
gradum accipit. Et disputare licetum est omnibus  
professoribus ordinariis & extraordinariis. Item Philosophiae  
adjunctis & aliis quibusvis, qui tamen non est potestatem disputare.

II. In quibus disputationes admittenda.

- 1) Disputatio quae absurdam & impiam sententiam  
habet aut quae turbas ciet in Academia non admittetur.
- 2) Disputationes, quae administranda sunt, debent die Dominica  
quae cum, quo habentur, proximae praecedat, publice affigi  
Professoribus exemplaria distribui in templo facris praeratio  
ante meridia per Sedellum, quae nisi observata fuerint,  
ea disputationes non admittentur.

In specie

I. De Disputationibus publicis quomodo la celebrari debeant

- 1) Publice disputatus conscripta dissertationis Thematibus facultatis Decano exhibita, tum si alicuius causa disputat, tum pro hoc id faciat
- 2) Justo & pacto ante proficere tempore dissertationis publicae affigiet & distribuet inter Professores.
- 3) Dissertationes quaedam Medica & Philosophica habebantur die Sabbati, theologica die veneris, nec alia probantur.
- 4) Praeses pueris verbis Dissertationem aperiet & opponat inuitat.
- 5) Opponentium singulis locum uerba praeses ad disputandum permittet. Argumenta uerba sua in forma syllogistica semper proponat, nec Respondentem uolentem respondere perturbabit. Respondens profatione tempus non teret, dubio & operam sed ut Logice monstratis argumentatione uerbis respondeat.
- 6) Placide Dissertationes faciat, sine stematibus calumniis & rixu, uita omni perturbatione pro conceptam opinionem deferendi: omnesq; ad ueritatis explicitiorem disputationem.
- 7) Disputatio a sexta matutina; hibernas tempore ab hora septima matutina incipiens, ultra horam undecimam non extendetur.
- 8) Si quae litigia et rixae inter disputantes ortae fuerint, Decanus interposita auctoritate, eandem interpellabit et corriget. Idem disputationem abrumpet, si disputantes constitutum tempus excedant.
- 9) Quodsi Decanus aberit, aut facere neglexerit, Rector aut etiam in Facultate senior, mouentibus ceteris Decani partes abibit.

11. De disputationibus privatis, quomodo hae instituendae sint.

- 1) Privatae disputationes, ut in singulis facultatibus fiant, Decanus providebit, cum haud parum praesent discipulis, praecipue junioribus ad elementorum uniuersalem et breuem cognitionem properantibus.

- 1) Dirigentur ad iuventutis informationem, ni quid proponatur, quod sit verae fidei et saniori philosophiae aduersum, aut quod publice docentes perturbet, aut quod in uita communi usum vel nullum, vel exiguum habet.
- 2) Breuibus Thematibus hae disputationes consignabuntur, communicabunturq; auditoribus, quodsi Thematibus ante a probatis scriptoribus concinnata sibi sumere uelit, Respondeat aut episcopus Praeses facient id approbante et permittente Facultatis Decano.
- 3) Privatae disputationes non excudantur typis, ne sumtu inutili grauentur auditores, nec intempestiuis dedicationibus onerentur homines, nec auditoribus ignoti, quodsi quis parentibus, tutoribus, propinquis aut patronis, ex quibus beneficia perceperit, progressus suos declarare uelit, faciat id disputatione publica.
- 4) Haec quoque disputationes decet modestia et candor, et uerecundia.

## Caput XVIII.

### De Lectionibus, tum in genere, tum in specie.

In genere

- 1) Rector cum facultatum Decanis diligenter disquirat, ne quid iuventuti proponatur, quod a Senatu academico non sit probatum.
- 2) Omnium docentium praecipua cura sit, ut iuuentus recte informetur, et sine multis am-

ambagibus ad rerum non fucata[m] cogniti-  
onem deducatur itaque commentariis pro-  
lixis citandis horas totas non terent. Sed  
si dictandum erit argumentum caputque scri-  
pti cum dispositione et partibus, ut et singu-  
lorum capitulum acconomiam brevemque sensum  
tradent, memoriae auditorum consulentes.

3) Quantum fieri possit, dabunt operam singuli, ut  
annuo spatio lectionem quicque suam, si author  
longior sit, finiant. Sic veteris Testamenti scri-  
pta se singula, excepta Genesi, Maltherio et Prope-  
tis maioribus, anni spatio absolvi possunt.  
Locorum autem theologicorum explicatio bien-  
nii spatium requirere videtur. Sic Icti dabunt  
operam, ut legum Svecicarum itaque Insti-  
tutionum et similium tractuum enarrationem  
anno absolvant. Medicorum alter suam  
lectionem Institutionum medicarum uno  
anno percurret; alter pro quantitate  
libri tempus sufficiens adhibebit; sic  
plerique Philosophi anni termino poterunt  
absolvere quicque suam lectionem.

4) Professores imprimisque Philosophiae disci-  
plinas suas clare et perspicue, sine omnibus  
prospus Scholasticorum perplexitatibus  
metaphysicisque speculationibus, tunc et  
subtilitatibus juventuti proponent, eaque  
eis tradendis ordinem et methodum Socra-  
ticum et Ramaeum accurate tenebunt, nec  
a rebus ipsis temere unquam recedant.

### In specie

Cum quatuor sint facultates, multumque juvet  
rem litterariam certus Ordo, hic quoque in sta-  
primis in academia observari debet.

#### 1. Theologorum

Ex Theologis primus hora octava matutina  
V. S. libros historicos auditoribus proponet, alter  
Libros N. T. hora nona; tertius tractabit pro-  
pheta hora secunda pomeridiana; quartus enar-  
rabit Locos s. Articulos fidei cum controversiis  
idque hora tertia pomeridiana. Voverunt autem  
Theologiae professores hac Constitutione sibi  
severe esse prohibitam, ne Metaphysicarum et  
Scholasticarum Disputationum, unde pontificum  
tenebrae et abominaciones olim exortae sunt,  
commistione, doctrinam suam, scripta adaque  
Theologiam ipsam deforment. Id qui fecerit  
et monitis parere recusaverit, gravi Cancellarij  
et Senatus Academici censura coercatur.

#### 2. Juris Consultorum

- I. Primus ex juris Professoribus Jus civile Sveci-  
cum explicabit, et ejus cum Romanis legibus  
collationem instituet. Idemque ex jure civili Ro-  
mano et Canonico selectas juventuti proponet  
materias, exque illis quaestiones formabit, ad Regni  
Svecici statum accommodatas. Leget a. ante meri-  
diem hora 9.
- II. Alter 2. pomeridiana Institutiones Juris civilis pra-  
sentebitur, dabitque operam, ut ex naturalibus Ethicis  
et Politicae principis ex sacra Scriptura, qua omni-

um honestarum L. L. fundamentum merito ceuse-  
bitur, quotiescunque opus visum fuerit, rationes  
deducat magis, quam ex non necessariis. Integre-  
tum allegationibus et varietate.

III. Uterq; a. tam in Lectionibus, quam disputa-  
tionibus ea precipue affectet, quae ad praxin  
quam proxime accedunt et Recipub. guberna-  
tioni. inserviant.

### 3. Medicorum

I. Medicorum primus Institutiones Medicinae  
enarrabit, cum medendi methodo, a meridie  
hora 3.

II. Alter hora 7. matutina Physicam Magistri doce-  
bit, cui addit herbarum et partium corporis  
humani explanationem. Hic idem sectionem  
quotannis administrabit, suppeditante profecto  
vixit cadaver. Spectatores singuli marchas  
duas solvent, ex quibus una Anatomico  
altera physica facultatis Medicinae cedet. Profer-  
sore s. n. gratis ad inspectionem admittentur.

III. Quodsi uterque ei labori per vices pra-  
esse voluerit, sum duo illi Medici pecuni-  
am Anatomico debitam inter se aequaliter  
divident.

IV. Cadaver peracta sectione ritu consueto sepeli-  
etur, comitante Anatomico et Medicinae  
studiosis, ceterisque Inspectoribus, si qui  
volent.

V. Uterq; autem Medicus aliquid ex Hippocrate  
vel Galeno per vices proponet.

### 4 Philosophorum

- I. <sup>Principio</sup> Petrus vult S. R. M. Mathematicam professionem non quod  
vulgus professorum existimat, isse Arithmeticae & quaedam  
vulgarem & geometricam practicam, cum sphaerica sex qua-  
storum, quatuor minorum peripetiarum, sed ad metHEMA-  
ticam Cattedram bene deuteq; illustrandam, opus esse Euclide  
Archimede, Ptolomaeo, Copernico, Nicomacho, Jordano, Apollonio  
Sexuo, Theodosio, Menelao, Eudocio, Pappo, Prolo, Theone, Herone  
Regiomontano, Ramo, Simonio, & id genus aliis auctoribus praestantissimis.
  - II. Primus itaq; mathematicus erit Euclides, qui tertia secunda  
promerenda proponit arithmeticae & geometricae Petri  
Rami cum numeris figuratis, tum algebrae & logisticae Regemurio
  - III. Secundus erit Archimedes, qui docebit Musicae vel Pythagorae  
alterius praestanti auctoris, opticae Theophrasti, Leonardi  
& mechanicae Aristotelis cum commentariis Pappi, Ubaldi  
Itali, Henrici Monuadij, Pelli & aliorum.
  - IV. Tertius erit Ptolomaeus, qui proponet sphaericae Johannis  
de sacro Busto, Praxeum de primo mobili, Theophrasti plane-  
tarium, Ptolemaei, Magistri Geographiam, cum architectura  
Vitruvii. Haec autem praecipua mathematica praestantissimis  
recomendari a doctibus ad civilem usum in dimensio-  
nibus agrorum, altitudinibus, profunditatibus  
latitudinibus, aedificiorum, montium, fossarum  
camporum, castrorum, fluminum, ad usum Judicium  
in divisione bonorum, Architectonicae & militaris  
disciplinae, mercatorum quoq; in navigationibus in  
locorum distantis in computationibus rationibus  
quales hodie in S. R. M. camera in usu sunt.
- a) Haec lingua Professori Hebraeam linguam una cum  
Chaldaicam, Arabicam & Graecam linguam tradet hora 9. qua  
in

in re cum Bualonfus excellat, cum proponet.

Usum proceptorum monstrabit in lectis aliquo  
libro, imprimis ex genesi, Iob, Psalterio Prophetis et aliis  
libris ubi & obscuriorum & contravenientium locorum  
explicationem addet, & ex Sigiographicis disputabit.

Græca lingua Professor docebit grammatice Clesandi  
vel Bualterii, usum autem Græca Dramatices in N. T. libris  
in datum scriptis, in Homero, Euripide, Suiduro Theocrito  
Sophocle, item Gregorio Nazianzeno monstrabit locuti  
utq; loca 7 antemeridiana.

Philosophia civilis Professor Ethica & Politica aut Aristoteli  
vel etiam Poly tradet narrantib; operam ubi politiciis  
statibus hujus rationi mentionem faciat usum autem in  
libris regum, in Herodoto Thucydide, Diodoro Siculo,  
Polybio, Livio & monstrabit, & hoc quidem hoc & Aristoteli.

Historicus à meridie loca 1. universalem mundi  
historiam eamq; brevem ex Philippi Pericorant  
Scidani, de quatuor Monarchiis, ejusdem commuta  
viti & supplemento aut ex simili protato aut hinc pro  
ponat; monstratis semper scriptoribus historicis,  
unde Historiarum series sit desumpta, ut ibi simul  
jurentur ad auctores sua veteres sum recubines  
legendos & intelligendos manu quasi ducant.

Usum Historiarum in Ecclesia, politica & Economica  
ad ministracione ostendat, eamq; profecti Reipub; statu veterum  
Reipub; exempla conseret.

idem

idem sedulo curabit, ut Historia Regum Suecia & Gothorum  
non solum studiosa juventuti innotescat, sed ut res  
Academice speculantes, viciis studias sui mutationes  
& notabiles casus, juxta seriem annorum & temporum  
consignabit.

Rhetor loca 4 prom. præcepta Rhetorices à Rano  
& Thalao conscripta docebit, monstratis simul his, quo  
monstrari debeat his, qui ad eloquentia Ciceroniana laudem  
aspiciunt. Cumq; optimorum virorum judicio Ciceronis  
de oratore tres ad fratrem libri, tales sunt, qui in aca  
demis nunquam conticere debeant, illos quoq; proponet  
nec non partitiones ejusdem.

Usum monstrabit junioribus in conscribendis epi  
stolis, in colloquiis, in Epigrammatibus, prosectoribus  
v. in Ciceronis orationibus, in libris philologicis, in  
Demosthenis orationibus & aliis orationibus, Senecæ  
pistolis et Thucydide, Herodoto Plutarcho Livio & ex  
Orationum  
ceptis; hisdem dabit dispositiones quas scribat &  
publice recitet, idq; ex memoria; ad quod ipsa  
omnes auditores etiam obligati. Materiam a. o.  
rationum depromet, tum ex sacris, tum ex profanis  
scriptoribus, tum etiam regum Suecia annalibus  
& historiis. Imprimis n. ad laudem Dei & hujus Regni Re  
gum idem procerum memoriam ad posteros propaga  
dam <sup>con</sup>proferet. Præterea suos auditores excitabit cogitandi  
ut de proposita aliqua questione ex tempore juxta præcepta artis  
aliquid dicere conentur.

Poesios

Professores Professor in arte recte scribendi versus istos et  
 auditores proceptis et Aristotile vel et Georgio Sabinio Sa-  
 ligero vel Fontano, vel alio probato Professore auctore  
 de fuerit. Ut fun a. proceptum monstrabit in  
 Homero Hesiodo Theocrito Pindaro Euripide Sophocle Virgilio  
 Horatio Gualterio Ruclanani, Ovidio Juvenali ita Latina ut gentiles  
 poeta satyrici imprimis cum sale ab eo interpretacionem  
 accipiant et gra non impugnant Christianos mores  
 docebit a loca ista promerere.

Logicus Professor Rami Logicam enarrabit, ubi curabit  
 perplexis Scholasticorum Disputationibus, multisq; dila-  
 tis iuramentum fatigare. Eius vero usus cum non duntaxat  
 in disputationibus appareat, verum in compositione et  
 resolutione vim suam maxime ostendat, operam dabit  
 Logicus ut procepta potius ad usum in scriptis et operibus  
 illis in quibus Logice artificium evidentius appareat, transferat,  
 quam ut in nudis proceptis, inanibus controversiis ac prope  
 idq; faciat sine multis ambagibus et superfluis dictis.

Coronidis loco tales erunt philippici in quibus in quatuor ab renem  
 sit magis actores quam verborum fabricatores. ut quibus cuilibet  
 loptis studio eloquentiam in usu coniungit, ne tales uer-  
 rum Scholis prodeant, qui studiosi fuerint Rhetoricos et dicere non  
 noverint, aut mathematica diditi, ignorent raticonem de-  
 monstrandi eorum disciplinaum usum; idemq; iudicium  
 erit de caeteris.

Atq; hoc constitutum sit de publicis Lectionibus, privatae v. lecti-  
 nes ut et disputationes foris extraordinarias fuerit, itaq; orationes  
 quae a studiosis exerciti causa publicis vel privatim habentur.

Cap. XIX

# Cap. XIX

## De Casibus & Examinibus.

- I Professores publici auditores omnes in certis lectionum  
 classibus distribuant, officiatq; ut quicunq; studiorum gratia  
 in urbe Sorpatensi degant, singuli binis lectionibus publicis  
 sint obnoxii. Ad linguarum v. exercitia omnes erunt obligati  
 Excipiuntur v. qui gradum suum adepti: aut alios propter  
 eruditionem speciali Professorum indultu excepti.
- II Examina alia sunt mensura, alia semestria. mensura quibus audi-  
 tores ea sedere tenentur gra isto mense audiuntur
- III Semestria erunt in quibus publica ex parte instituta singuli  
 Professores, cum suis auditoribus in praesentia Decani & Cae-  
 larum, eaq; ante Rectoris mutationem habeantur.
- IV Deinde Examine Decani auditores iterum recensentur et adle-  
 ctionem ordinantur, praesertim cuius quo Professores audire debeant.
- V Eximia in informacionis modo saepe evadunt propterea ad quod ipsi  
 pulvis sit subtilis, non attenditur. Ideo si cui sit abas ingenium  
 et facultas continuandi diutius literarum studia ducatur  
 per omnes scientias et linguas in ferocates facultati in gra-  
 aditum tenere decrevit. Tribus vero est major tempore ingenii  
 et sumtum angustia, ad ea propter, gra ad vita genus, quod  
 eligerunt, proxime conducunt. Sic in Reipub. utilitatis  
 qui calculando rationes subducere didicerunt, qui scriptura  
 et manus elegantia excellant. Qui aliquid facta laetitia de-  
 dicerunt, vel patria lingua epistolam concinne scribere,  
 magis vero si gra legum aut historia cognitio ad sit.
- VI Dilecti vero adolecentes non sumiliter et abjecte de se sentire  
 deo proferat Reipub. statuta unde frequenter orationes de rebus  
 viciis, querimonias et lamentationes exterarum rerum admiratio deperdit  
 De rebus et actionibus proaeclaris magnum in Reipub. ediminatione  
 impediuntur

Dei ipsius proleat privati cupiditibus, nec scandalis doctrina & morumque  
Professionem suam deformat. Omnes servare juramenta confirmata Rectori Magi,  
Arabii & alio promissa. Quod si citati in iudicium a Rectore & Consistorio presentem  
contumaciter detrectaverint qui arrestum seu excommunicationem violaverint per  
viri celeberrimos & infames & a Consistorio magis punientur et exclusione.

Acto audientes concionibus publicis praecatori in templis & gradibus ad hunc  
in similibus sanctis operibus omnes & singuli iudicant. Omnes laici sacrosancti  
ministerio publico adhaerent, venerandi ministri vobis fideles et obsequii ac  
civilem ac sacram dignitatem, eam quae Pauli prescriptam utamini quibus  
fecerit, si admodum non fuerit sua officia, punientur vel carcere vel pro-  
mota ecclesione.

Magistratus Patres & Praeceptores vestros honore afficite vosque reverenter  
subiite, eis obedite & gratitudinem debentem praestate, legibus Sacris & Aca-  
demia pie novam gerite.

Nemo studiorum causa doctus ultra octo dies inscriptionem differat,  
sed omnes nomina suam apud Rectorem edant & se ipsi & ipsi successores  
& academia juramento obstringant. Negligentiam in Civitate non in-  
scriptam studiosum in sua mensa aliat. Si nullas lectiones publice  
audiant, si admoniti non emendaverint, in patria vel ad praesentem <sup>in Civitate</sup> relegantur.

Nemo Magnifico Rectori Professoribus & Praeceptoribus suis maledicere in  
publico obloquatur, multo minus resistat sub poena arbitrarie. Si publice  
utis declamatorum disputatorum, funera invidi, siulo & frequentes  
conveniant. Regis castus publice affinas, Praeparata Rectores &  
Academiae senatus & Professorum disputationes vel de aliis negotiis  
significationes sub eadem poena in iussum resistat.

Propter Deum & publicam pacem concupiscentiam ab omnibus injuriis vi & fraude  
alioque corpore & vitium cadentibus a seditionis tumultibus, aduim oppugnationibus  
& cadibus abstinere; nec indulgere odio livori & cupiditati vindictae  
topius bonitas pristinae ac humanitates sibi & totis gentibus adhaerent.  
Quod si quis in civitate globam plumbeam noctu praesentia Ejaculatus fuerit,  
is sicut hoc ipso facto se in relegationis poenam incidit. Si quis peba-  
centiam enervaverit, quastatus sit, conflictus, sine se provocato sine pro-  
vato ibidem relegatur. Clamores nocturnos, disputationes, tumultus  
restaurum elisiones, ja murum effractiones vitale. Certum n. cu-  
riturum secum fecerat poena auctores se vitium vel carcere vel  
relegatione sicut sine coram opere qui in Ejaculatum agmine aut dila-  
torum turbis latrociniis enervat.

Unusquisque vas & corpus suum quod est S. S. domicilium possideat in  
sancti subidone & honore, ne polluat se libidinis regis sed justis pudoris  
decus reverenter tueatur. Impuros n. calamitates & poenis divi proini  
mundi delictis & exempla gratulanda restantur. Sidem hereditatem regni Dei  
amittunt & coecitate spirituali puniuntur. Pudorem igitur et sobrietatem  
in omni vita secta memi prohibentem & temperantiam, quae castitatis virtutem

et omnia deorum dei consuetudo est diligenter colite. Occasionem  
 pro libidine & intemperantia luxu perperas tempora studio sibi  
 In domo Nuptiarum nemo irumpat, cauenda fugiant omnes & singuli  
 Orga Patri debeat. Habitum se dignum se parat & vestimenta, qui  
 prouentus proceram aspectu tuat.

IX. Quis suam beneat, ab alieno abstineat, suis res honeste auget, omnes praecepta  
 si quis eo premittat patenter ferat, sed . . . Honestis laboribus  
 & fide ac diligenter in studio tenere effugere studeat, nemini pro sua auctoritate  
 neminem deprimat, vitent omnes non necessario fundes qui in sollicitudines  
 concivis luxum, vestitum & alias ineptias profundant. Procul habeantur  
 malebiones temerarias, emacitatem & similes pecunia pestes. emant non  
 quod opus si quod necesse est. solvite cuius quod mutuo sumptibus, in primis  
 si quis pro victu quicquid & habebat. illis debent solvite fideliter  
 semperstive. Nam & hoc vobis scitote pro ceptum esse velle illi: non pro  
 sua facies: Ora fusta vel ecclesiarum vel legum puricatas. Sed & omnes  
 inonestos vestrorum, ut ea custodiam & limites prohibemus hanc  
 sa cominatione: si quis deprebeasus fuerit licentia aliena pecunia  
 aut libros velle translati Receptorum & consistoria ablati repositura  
 & propterea utrumque de sententia Receptorum puniri debere.

X. Veritatem in omnibus doctrinae Christianae partibus diligenter in omni  
 literis & artibus atque disciplinis colendis, in contractibus in sermone  
 in gestu, in voce in moribus iudiciis amicis in tota vita amate & conseruare  
 amplectimini & retinete. mendaciam falsas opiniones in doctrina in  
 in articulis vitae necessariis omnes calumnias obprobria caute  
 vanitatem perfidiam dolos jactantiam simalitates in dictis factis  
 & gestibus laqueum lucum fugite & excramini. Nullus mores in  
 notate nec bonos & innocentes fidei criminibus hypocritis calumniis  
 libellis & amphis lacerate. Intra gressores deprebeasus infami exclusione  
 e tota academia nostra societate graviter animadvertemus.

His constitutiones prout conceptis verbis expressa sunt, ab  
 omnibus acurate servari debere praecipimus. potestatem deprecates. Academia  
 Magistris & respectantibus Academia servandum praescriptas leges &  
 honorarii & caetera contemptores & violatores debite poenae affici  
 Mandamus vero iis omnibus quibus Academia gubernanda  
 commissa est, aut in posterum committenda erit, ut officii sui  
 memores propositam Constitutionem praescriptam servent  
 Sic res omnes dirigant, ut quod a nobis praescriptum est  
 & Patriam affectione profectum est felices pro quibus  
 spectabatur in DEI gloriam & Reipublicae incrementum



impedimentum, quae omnia educationi & informationi corrigenda  
uberigant, maxime juvenum animi ad spem meliorem & pro  
claras actiones, ubi etiam singularis praeceptorum industria requiritur.

# Cap. XX

## De Feriis

I. Feria ordinaria in academia erant Natalis: a die Thomae ad Festum  
Epiphaniae, Paschales a Dominica Palmaram quatuordecim dierum.  
Canticulares triginta dierum.

II. Quod autem studiosi indigena saepius ex academia excurrunt & vacua  
auditoria relinquant, id S. R. M. hoc fecere prohibet in poste-  
rum tempus fieri, in delinquentes animadvertendum.

# Cap. XXI

## De inspectoribus ararii publici & aedificiorum.

1. Inspectores ararii publici ex numero Professorum Senatus majori con-  
stitui et viros probatae integritatis & fidei
2. Horum cura erit a) videre, ut quod ex redditibus Academiae fructus  
colligit bene tuto & bene merito aservetur. b) ut privilegia & di-  
plomata omnia, quibus academia redditus sua & privilegia con-  
sistentur, custodiantur recte, c) ut stipendia Professoribus  
his in anno persolvantur, ad quod summa dimidium reliqua vero  
circa Febr.
3. providere ne bona Academiae fundi atq. Cetera a Praestore  
iniuste tractentur, ne minuantur redditus
4. ad fructuam ac aedificiorum Academicorum reparacionem  
aliosq. Academiae usus, pecuniam ex arario deprimere eamq.  
curatoribus reddere
5. Hoc officium erit sexennale vel longius prout Senatui aca-  
demici majori visum fuerit.

6. Ararium ipsum Tribus clavisibus clausum erit, sibi unus in  
potestate quatuordecim, qui rationibus praestet, reliqua Senatus  
claves reliquas.

7. A' profectis v. his rationes requirit Rector cum selectis ex Senatu  
Academico ordine, gratuito vno

8. Aedificiorum quoq. publicorum structuram curend, facta secula  
conferrent, videantq. ne quid aris publici in his frustra infumetur.

## II. Fisci facultatem.

Fisci cuiusq. facultatis curam ager Decanus & in facultate senior.  
Ea huc pecunia recondeat quantum sibi ad facultatis usum. Reli-  
quum v. in aedificiorum reparacione distribuend Collegis aequaliter  
omnibus

## III. Mensa Communis.

1. Mensa item comunis inspectores gemini erunt, quos Rector et  
Senatus eligit. Hi quae in arario convictorum & oeco-  
nomi cognoscant graviores ad Rectorem & Senatum referant.

## IV. de Inspectoribus Stipendiariorum.

a) In stipendiarios regios annui inspectores bini constituantur. In  
ordinariis Theologiae unus, quoniam facultas designabit,  
alter ex phi. lofophis.

b) Hi (a) Exercitiorum rationem publice & privatim bene-  
bunt, attendendq. quibus stipendiariis vacent. (b) Disputationibus  
eorum privatis adfidebant eamq. moderantur. Theologus the-  
ologicus Philofophus phi. lofophicus. Disputabunt a. semel in  
septomade in philofophia & Theologia alterone, nisi publice  
disputatio Theologicae aut alia solemnis impediatur

His disputationibus praesidebunt Adjuncti phi. lofophia  
& qui ex stipendiariis gradua habent. (c) Inspectores quoq. sti-  
pendia curant stipendiariis, quae cuiq. eorum solvantur bis in  
anno circa idem tempus quo Professoribus solvantur

d) Haec quoq. inspectio erit annua & ad omnes Theologos & Philofophos  
nec